b) Neque instrumenta commemorata cum vocula **לְמִנְצָחָה**, sed cum vocabulo **פָוָמָזָה** conjungenda sunt, ita ut inscriptio sic intelligenda sit: Praefecto. Fidibus sociatis carmen Davidis aut: Praefecto. Secundum modulationem:

Deus Davidi. Scito vero verbum torcularia hoc loco

Nunc ad Syrum interpretem redeamus, qui εἰς τὸ τέλος per verbum **τελοῦς** exceptis psalmis V., VI., ubi **τελοῦς** legitur, vertit. Illum vero vocibus εἰς τὸ τέλος proprium sensum tribuisse ex eo cognosci potest, quod εἰς τέλος et εἰς τὸ τέλος disjunxit. Nam in psalmis <sup>a)</sup>, ad quos in primis respicimus, nullo loco εἰς τέλος, quod pro Hebr. voce לְנִצָּחָה quater decies invenitur, vocula **τελοῦς** sed **מִצְחָה** redditum est, atque tantummodo Ps. 48, 9 per **τελοῦς**.

Sensum, quem Syrus interpres voci **τελοῦς** tribuit, Bar-Hebr. in universum recte eruisse mihi videtur. cf. schol. in Ps. VIII., I. „postquam res, inquit, finitae sunt“, scil. quae ante victoriam evenerunt.

<sup>a)</sup> Verbis μέσης μέσης Graeca ἵππος τῶν ληρῶν explicantur, cf. Ps. LXXX, 1. LXXXIII, 1, qua voce LXX. interpres Hebr. לְנִצָּחָה, pro quo **לְנִצָּחָה** fortasse legerunt, indicatum voluerunt. Quod ad sensum

„cerva aurorae“ carmen Davidis. Cui quidem sententiae repugnant in inscriptionibus psalmorum accentus, quibus cum instrumentorum notionibus לְנִצָּחָה arcte jungitur. Atqui accentus interpreti non magni aestimandi sunt, nam Hab. 3, 19. **לְנִצָּחָה** בְּנִינִי a**לְנִצָּחָה** accentu distinguitur.

Alli interpres accentus secuti et instrumenta cum voce לְנִצָּחָה conjungentes his verbis praefectum tantum musicae artis significari posse censem. Ubi instrumentum non commemoretur, supplendam esse voculam בְּנִינִי. Sed quum varia instrumenta indicentur, variii praefecti musicae artis statuendi sunt, neque est, cur בְּנִינִי supplendum sit. Nam quod בְּנִינִי saepius, quam alia instrumenta nuncupantur, inde explicandum est, quod fides, multo perfectiores et cantui aptiores et arguento psalmorum magis accommodatae, saepissime in cantu adhibitae sunt. Denique נִצָּחָה id, cui quis praefectus est, non particulis בְּנִינִי et אֶלְלִי (Ps. V.), sed בְּנִינִי et אֶלְלִי sibi jungit. cf. Delitzsch, Der Prophet Habakuk. p. 200—205. Quod ad verbi מִצְחָה significationem attinet, e verborum nexu, quinam praefectus sit, cognoscitur. cf. tribuni notionem apud Livium: Rerum Roman. lib. IV. c. 8.

<sup>a)</sup> In aliis V.T. libris res se aliter habet; εἰς τέλος enim verbo **מִצְחָה** nunquam explicatum est, sed **τελοῦς**, **τελοῦς** et aliis. Tantummodo Hab. 3, 13 εἰς τέλος (quod hoc loco interpretamentum in paucis tantum codd. Graecis scriptum voculae έως τραχήλου est), per vocabulum **τελοῦς** vertitur.

comprehendere omnes proventus vinearum segetumque atque partus animalium et volucrum et piscium, quae a Deo alimento dantur. David autem <sup>6)</sup> quum Abschalam vicisset, et Hierosolymam revertit; anteaquam in domum suam venit, intravit in aedem sacram <sup>7)</sup> atque obtulit sacrificia omnis generis et cecinit hunc hymnum.

Versiculi viginti.

verborum **סְדֵךְ מִצְרַיִם** attinet, Bar-Hebraeum recte tradidisse arbitramur.

De notione Hebr. **נָתָתָן** interpretes inter se disceptant: ac mihi quidem **נָתָתָן** fides esse videtur, quae Gathae urbe melius quam aliis locis confecta nomen inde **נָתָתָן**, „ex urbe Gath allata“ duxit. cf. Chald. paraphrasis ad h. l.

<sup>8)</sup> Verbum **לְאָמֹר**, Hebraeorum voc. **נָתָתָן**, idem esse ac **מִדְבָּר**, Graecorum **ληρῶν** versionem, facile intelligitur. Sed quum in Syr. versione apud Bugatum, quamquam Montefalconii lectio **וְפָנֶיךָ τὸν ληρῶν** Syriace **סְדֵךְ מִצְרַיִם** scribenda est, tamen **לְאָמֹר** pro **מִדְבָּר** inveniatur, quaeritur, quo modo haec res se habeat. Mea autem sententia haec est. Aquilas vel librarius aliquis voc. **γεντούσιον**, quod qua ratione in textum receptum sit nescio, margini apposuit. Bar-Hebraeum vero in suo codice Syriaco utrumque vocabulum legisse certum est. Librarius autem codicis, quem Bugati adhibuit, genuinam lectionem **סְדֵךְ מִצְרַיִם** omisit et glossam marginalem **לְאָמֹר** in textu exaravit. Pluralem quidem nonnullorum codd. **לְאָמֹר**, si verba **וְפָנֶיךָ τὸν ληρῶν** consideraveris, probabis, sed singularem **לְאָמֹר** praeferes, si ad Hebr. **נָתָתָן** respexeris.

<sup>9)</sup> Verba sequentia sec. B. Hebr. rem, ad quam psalmus sit referendus, praebent. Noster enim interpres Davidem hoc carmen post victoriam de Absalome reportatam Hierosolymis cecинisse putat, quam sententiam falsam esse ex rebus Israëlitarum cognosci potest. cf. 2 Sam. 20, 1—3. Similiter Jacob Edessenus Ps. V. explicavit. cf. Rhode Scholia p.49. Inter alias opiniones de nostro Ps. illam Hupfeldii (cf. Commentar zu den Pss. pag. 148) nihil certi de auctore et origine psalmi enarrari posse amplectior.



2) Domine, Domine noster, quam gloriosum est nomen tuum. Graecus: Domine, domine noster, quam admirabile est nomen tuum<sup>8</sup>). Hebraei<sup>9</sup>) enim nomen gloriosum nominant ~~αειθητον~~<sup>αειθητον</sup><sup>10</sup>), quod est ~~αειθητον~~, neque

<sup>7)</sup> hic interpretandum est tabernaculum foederis. Sed nescio an in tempore judicando Bar-Hebraeus erraverit templumque a Salomone aedificatum senserit.

<sup>8)</sup> Bugati offert ~~πα~~, Bar-Hebr. ~~τι~~, ~~πα~~. Nec pauca sunt exempla, ubi Bar-Hebr., quia res minoris momenti est, suffixum in versione LXX. interrr. Syriaca nomini annexum cum particula ~~ν~~, scribit. Saepius autem factum est, ut Bar-Hebr. suffixum, quod in versione Syriaca ~~των ο'~~ cum ~~ν~~, legitur, nomini adjungeret.

<sup>9)</sup> Quae sequuntur Bernsteinius V. C. jam edidit in: Syrische Studien i. d. Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft. IV. Band. p. 199 seq.

<sup>10)</sup> **אָוֹת** **מִ**. Quatuor codices **אָוֹת** **מִ**, codd. Vat. 170 et Berol. autem **אָוֹת** **מִ** praebent. Quum et Bar-Bahlul. quoque **אָוֹת** **מִ** legat et forma ex **אָוֹת**, non autem ex verbo **מִ** derivanda sit, formam **אָוֹת** recipiendam esse nobis persuasum est. Facile enim fieri potuit, ut librarius **א** male scriptum temere **א** legeret. Quod attinet ad vocaliae **אָוֹת** notionem, scias idem esse ac Rabbinorum שְׁמַמְפּוֹרֶשׁ, de quo multa Buxtorf in lexico Chald. Talm. Rabb. p. 2431 seq. disputavit. Praeterea Bar-Bahlul. in lexico s. v. **אָוֹת** **מִ** de **אָוֹת** **מִ** verba fecit haec:

a) Bar-Bahlul scribit **أَوْلَى**, **أَوْلَى**, **أَوْلَى** cf. Bernstein: Syrische Studien in der Zeitschrift der deutschen morgenländ. Gesellschaft. Band IV. p. 200.

labiis suis id proferre audent, sed pro illo (**יְהוָה** = **יְהוָה**) **אַתֶּן** legunt, quod et ii auribus excipiunt, qui auscultant. Quod vero LXX. interpretes Hebraicam scriptionem (**יְהוָה**) reliquerant immutatam, Graeci in errorem inciderunt existimantes has duas literas (**תְּ**) esse Graecas easque dexteram versus legerunt. Ita nomen **יְהוָה**, quod aeternam

هَذِهِ لَمْ يَرَهُ فَلَمْ يَنْعِبْهُ h. e. **אֱלֹהִים** i. e. **אֱלֹהִים** **יְהוָה** Jehovae. Nomine distincto (singulari) a Mose in lege constitutum est<sup>a)</sup>, ut peculiaribus characteribus scriberetur, neve pronuntiarent linguis suis (labris) tanquam in honorem Dei nomen (nomen Jehovah). — Et si perveniant ad hoc nomen distinctum i. e. secretum, non pronuntiant haec quatuor signa (**יְהוָה**) ore suo neque scribunt iis quidquam aliud praeter nomen Dei, sed legunt Adunai seu nomen dei loco Jehovah. Nonnulli vero dicunt, Symmachum mutasse hoc nomen separatum et **לֵדָה** (dominus) et **לֵדָה** (dominus meus) posuisse loco ejus, quod legatur; scilic.<sup>b)</sup>: dicit Jehovah Dominus <sup>c)</sup> (אֱלֹהִים) Domino meo (אֱלֹהִים): sede ad dexteram meam; hic vero (Symmachus): dicit <sup>d)</sup> Dominus (**לֵדָה**), Domino meo (**לֵדָה**): sede a dextera mea.

a) Bar-Bahlul falso credidit a Mose sic in lege constitutum esse. Nullus est enim locus, quo accurate cognosci potest Mosem id sanxisse. Ceterum de tetragrammat. **יְהוָה** conferatur Gesenius Thesaurus linguae Hebr. et Chald. s. v. **יְהוָה** et H. Grätz in Frankel Monatsschrift für Geschichte und Wissenschaft des Judenthums, 1857, Febr., p. 56 adn. et Abrah. Geiger Urschrift und Uebersetzungen der Bibel, Vratislav. 1857, p. 261 seq.

b) Sequentia verba sunt Hebraica (**נָאָם יְהֹוָה לְאַדְנִי שֶׁב לִימִינִי**) loci Ps. 110, 1. Syriacis literis exarata. Pro **אַדְנִי** scripsit Bar-Bahlul **אֲמִינִי**; pro **לִימִינִי**, **לִימִינִי**.

c) **אֱלֹהִים** autem verbo **אֱלֹהִים** B.B. addidit, quia pro **אֱלֹהִים** semper **אֱלֹהִים** dicere solebant.

d) Sequentia verba non apud Symmachum, sed in Syriaca versione LXX. interpretum leguntur. Symmachus enim aliter vertit: **مُتَّقَدِّمٌ** „exspecta dexteram meam.“ cf. Bugatus Ps. 109, 1. Omnino vero non a Symmacho, sed jam a Samaritano interprete pro Jehovah nomen aut dominus positi sunt, quod LXX. interpretes imitabantur.

essentiam significat, in **III** mutatum est, quod nullum prorsus sensum habet. Jod (י) enim Hebraeorum est idem ac Jod (ι) Graecorum, atque He (ה) Hebraeorum formam Graeci Pi (**II**) habet. Et propterea in exemplaribus Syriacis LXX. interpretum, ubicunque nomen **לְפָנָם** (κίριος = יְהוָה) (legitur), **לְפָנָם** supra illud exaratum est <sup>11)</sup>.  
3) Et <sup>12)</sup> ex ore juvenum et puerorum — Graecus: infantium et lactentium — stabilivisti <sup>13)</sup> laudem tuam. Tau cum Petocho et Kuf cum Rebozo, neve Tau cum Rebozo neve Nun cum Petocho legas. Symmachus: disposui laudem tuam <sup>14)</sup>). Aquilas: condidisti <sup>15)</sup> potentiam

<sup>11)</sup> De vocula **III** fere eadem Bar-Hebraeus docuit in scholiis ad Exodum 3, 14. cf. Wisemann: Horae Syriacae pag. 25; nec non Hieronymus in epistola 136 ad Marcellam data nomen **III** similiter explicavit.

<sup>12)</sup> ο deest in editionibus Bibliorum Syriacorum. Saepe ο Bar-Hebraeus legit, non editiones; saepius autem apud Bar-Hebraeum ο desideratur, ubi editiones praebent.

<sup>13)</sup> Ut **λόλ** i.e. stabilivisti neque **λόλ** i.e. stabilita est scil. laus tua, legatur, recte monuit Bar-Hebraeus; LXX. enim interpretes offerunt **πατηστίσω αἰνῶν**. Reprobanda est forma **λόλ**, quae a Bugato recepta est; ille enim eam formam alteram personam modi Pealis esse voluit, quae quum a radice **λι** derivanda sit, **λόλ** scribenda est. Praeterea accedit, quod Peal hic locum habere nequit; nam nexus orationis vim sibi transitivam, quae tantum Paēlis est, poscit. Evidem persuasum habeo, duo puncta per se quidem recta, sed incuria alicujus a litera **λ**, a qua fortasse justo longius remota essent, ad literam **ω** tracta esse.

<sup>14)</sup> Bugat. et codd. Bodl., Flor., Vatic. 282 rectius exhibent „disposuisti laudem“, quum Symmachus secundum Montefalconium **συνεστήσω πράτος** verterit. Illud vero, quod codd. Vat. 170 et Berol. praebent: „disposui laudem“ librarii tantum ejusdam erratum esse videtur, qui **λόλ** pro persona I. habuit. Praeterea hoc tantum loco

tuam. 5) Quis est homo, ut ejus recorderis. — cum Petocho Mim et Ezozo Nun. Nestoriana<sup>16)</sup>: quid est, cum Secopho Mim et Petocho Nun, atque recte<sup>17)</sup>, quod et Graecus, quid est (*τι*) dicit. Armeniacus<sup>18)</sup>

Syr. interpres *κράτος* Symmachi, quod aliis locis *μέσον* reddidit, voce *καλόν* tradidit, quod sensui bene respondet. Iste sensu non mutato suffixum secundae personae, quod apud Montefalconium non legitur, addidit.

<sup>15)</sup> *ῷδε* et *ῷδε* Paël, denominativum nominis *ἶδε*, de quo vide Bernstein: Lexicon Syr. s. h. v., significat fundavit, condidit. *ῷδε* h. l. et alias legitur in Syriaca *τῶν* ó versione.

<sup>16)</sup> Nestor. i. e. Nestoriana versionis simpl. recensio. cf. Assem. Bibl. Orient. tom. III. P. I. p. 304. Wisem. H. S. p. 140 sq. 208. Eichh. Einl. in's A. T. ed. IV. p. 149.

<sup>17)</sup> Non male Bar-Hebr. judicat formam *ῶν* in Syr. Nestor. exemplaribus scriptam rectiorem esse; Hebraicus enim textus *מַה* „quid“ praebet. Nec vero lectionem *ῶν* a Syriaco interprete exortam esse censeo; quae enim causa est, cur Hebr. *מַה* „quid“ verbo *ῶν* „quis“ auctor transtulerit? sed Syros textu Hebraico neglecto *ῶν*, ut *ῶν* sonaret, pronuntiasse puto.

Bar-Hebr. formam *ῶν* rectam eo habet, quia versio Syriaca *τῶν* ó *ἶδον* offert. Hoc vero noster saepe fecit, ut textus Syriacos versionis simplicis ex interpretatione *τῶν* ó Syriaca judicaret: neque mirum est, quum hanc versionem plurimi aestimet et multo meliorem habeat, quam versionem simplicem cf. *حَدَّثَنَا مُحَمَّدُ بْنُ حَمَّادَةَ حَدَّثَنَا* (Liber magnus splendorum. Grammatica fusius explicata) Part. I. c. I. in Assem. Bibl. Orient. tom. II. p. 279 seq. et in Wichelhausi libro: De N. T. versione Syriaca antiqua, Halis 1850, p. 210. Hic quidem ex Assem. Bibl. Orient. l. l. surripuisse videtur.

<sup>18)</sup> Armeniacus i. e. interpres Armeniacae versionis, de qua confer Rhode Scholia p. 74 adn. 29 et Bredenkamp in Eichhorn's Allgemeiner Bibl. der bibl. Literatur. Bd. IV. p. 623 seq. Dubitari non potest, quin ista versio, quamvis secundum LXX. interpretes et praecipue ex Alex. cod. facta (cf. Ps. VIII, 5, ubi Vatic. cod. *τι*, Alex. autem *τις* praebet ac Armen. interpr. *τις* quoque vertit), tamen cum Syr. vers.

vero Mim cum Petocho et Nun cum Ezozo dicit, ut nos, et sic quoque Aegyptius<sup>19)</sup>). Et filius hominis, ut eum respicias i. e. non ex tentatione<sup>20)</sup>, sed ex cura secundum illud, quod pro visum est Davidi<sup>21)</sup>). Graecus: aut filius hominis, ut eum visas. Hominem et filium hominis genus humanum, quod peccato perii<sup>22)</sup>) et dispensatione

---

simpl. collata sit. cf. Ps. 5, 9. Ps. 16, 2 in Wisemann libo: Horae Syr. p. 142; Rhode l. l. et schol. in Ps. 40, 2. Hoc enim Armen. versionis loco legitur :**τέλεσθαι**, quod non ex Alex. interpretatione, sed ex Syr. tantum, ubi Armeniacus :**τέλεσθαι** pro :**τέλεσθαι** aut legit aut intellexit, explicari potest. Illi satis multi loci, qui nec cum Syriaca nec cum Alexandr. versione consentiunt, exstiterunt, quod aut interpres textum Graecum non recte accurateque vertit, aut tempora ususque multas lectiones mutaverunt.

<sup>19)</sup> Aegyptius i. e. Copticae versionis interpres cf. Rhode l. l. Haec versio ex Alexandrina facta cum Syriaca collata est. Sunt autem loci, qui ab omnibus aliis interpretationibus discedentes cum Armeniacam tantum congruunt. Jam quum verisimile sit, ut Coptica versio ante Armeniacam orta sit cf. Münter in Eichh. Bibl. der bibl. Lit. Bd. IV. p. 1—30 et p. 385—427, interpres Armeniacus Copt. versione usus esse videtur.

<sup>20)</sup> Vox **τέλεσθαι** in significatione „tentatio, punitio“ Exod. 32, 34 invenitur.

<sup>21)</sup> Noster indicare vult verbum **τέλεσθαι** hic non in malam sed in bonam partem esse accipiendum. Nam **τέλεσθαι** sicut Hebr. **פָּנָא** (de quo confer De Wette: Commentar zu den Psalmen, Ps. 8, 5 et Hupfeld ad h. l.) proprio significat: inspicere, invisere aliquem, quod et malo et bono animo facere potes. **τέλεσθαι** igitur denotat: et aliquem tentare, punire et providere, prospicere alicui, curare ut quis aliquid faciat, praecipere. Idem fere ac **τέλεσθαι** significat **τέλεσθαι**, praeterquam quod in bonam tantum partem adhibetur.

Atque in bonam partem **τέλεσθαι** accipiendum esse Bar-Hebraeus affirmit, quod se a deo non vexatum sed summis bonis beneficiisque ornatum esse Davidi tantum dicere licuerit.

divina et salutari domini nostri perfectum est<sup>22)</sup>), vocat.  
6) Paulo imminuisti eum quam angelos<sup>23)</sup>). Aquilas,  
Symmachus, Theodotion: quam deum. Hebraeus: quam  
elohim. Id est: qui ipse est filius et verbum patris eo,  
quod cum natura nostra vili et mortali se conjunxit,  
humilior quam angeli, qui immortales sunt, factus est.  
Sic enim divinus Paulus in epistola ad Hebreos (c. 2, 7)  
interpretatus est. 7) Omnia posuisti sub (አዎል) pedibus  
ejus. Nestor.: sub (ለሙሉ). Graecus: omnia subjecisti sub  
pedibus ejus. 8) Oves (ܚܛܐ) et tauros (حَقْنَب) hos omnes.  
Nun cum Secopho et Risch cum Rebozo. Graecus: oves  
(ܚܛܐ) et tauros (جَوَل) hos omnes. 9) Et aves coeli.  
Nestor.: Qui in coelo. Graecus: Volucres coeli. Coelum  
enim hoc loco aërem vocat. Et pisces maris, qui trans-  
eunt per semitam marium; Lomad cum Secopho in  
numero singulari. Graecus: per semitas. Lomad cum  
Rebozo in plurali numero. 10) Domine, Domine noster,

<sup>22)</sup> Mihi videtur Bar-Hebraeus ad Adae lapsum respicere, propter  
quem genus humanum peccato corruptum morte aeterna affectum  
erat, et ad Jesu Christi redemptionem, qua homines in gratiam Dei  
et in aeternam salutem restituti sunt.

<sup>23)</sup> Omnes interpres versionum veterum Hebraicum אלֹהִים a)  
angelos verterunt. Noster in interpretatione Hebr. 2, 7 secutus de  
Christo locum dictum intelligit, qui quum natura humana assumta  
mortalis factus sit, minor fuerit, quam angeli immortales. cf. Assem.  
tom. II. p. 290.

a) Hebr. אלֹהִים hic nihil aliud significat nisi Deum, ut sensus verborum  
sit: homo est fere idem ac Deus cf. Genes. 3, 22. Poëta enim sublime id  
significat, quod Genes. 1, 27 seq. oratione pedestri ac humili dictum est,  
hominem imaginem Dei esse.

quam gloriosum est nomen tuum. Eadem admiratione (scil. qua carmen auctor incepit) narrationem suam finit et laudans dupliciter Dominum appellat.

**Ps. XL.**

PSALMUS quadragesimus, narrans de populo Babyloniae (Babylone versante), qui vexationes suas enarrat et gratias agit, quod redditum <sup>1)</sup> impetrarunt <sup>2)</sup>. Graecus: unde quadragesimus. In finem victoriae (rei praedclare gestae) psalmus Davidi. Aquilas: canticum victoriae Davidi, i. e. postquam superavit et vicit (scil. David). Versicc. XLV. 2) Sperans speravi in domino. Graecus:

<sup>1)</sup> Λύός reditus h. l. scil. ex exilio Babyl. cf. Kirschii Chrestomathia Syr. ed. Bernstein p. 186 l. 15.

<sup>2)</sup> Bar-Hebraeus psalmum tempore Babylonii exilii extremo postquam Judaei jam a Cyro libertatem in patriam redeundi impetrarint, conceptum esse opinatur. Carmen vero dirimit in duas partes, quarum priore Iudeorum gratias ob libertatem acceptam actas contineri, posteriore angustias miseriasque exilii describi censem. Haec tamen sententia mihi rejicienda esse videtur, quum psalmus nihil praebeat, quo vel auctor vel tempus vel causa carminis accuratius constitui possit.

Argumentum psalmi hoc esse censeo: Poëta miseriis et periculis afflictus liberationem a Deo petit. Priusquam vero preces fundat, monet se in periculis et calamitatibus jam antea versatum Jehovahe fidem habuisse, ideoque servatum esse. Pergit se nunquam praetermississe, quin Deo gratias ageret eumque animo grato et agendi ratione legi consentanea coleret. Quapropter se nunc liberatione dignum existimat et Jehovahm postremo rogat, ut ipsum ab hostibus et instanti calamitate defendat. cf. Ewald: Poëtische Bücher des A.B. P. II. pag. 42 seq.



exspectans exspectavi dominum. Armeniacus: sustinens sustinui in domino scil. a voce **پُرْتَقْلَه** (patientia, tolerantia)<sup>3)</sup>, et sic Aegyptius quoque: Quippe quum essem in afflictione. 3) Et ascendere me jussit ex fovea miseriae i. e. ex Babylone<sup>4)</sup> et ex luto corruptionis. Armen.: et ex coeno et ex luto. 4) Dedit in os meum laudem novam i. e. quae accommodata est facto novo, quod mihi fecit<sup>5)</sup>. Ut videant<sup>6)</sup>. Graecus: videbunt — multi scil. ex populis. Et laetentur<sup>7)</sup>. Graecus: et timebunt. 5) Neque se vertit ad vanitatem<sup>8)</sup> i. e. ad idola. Neque ad ser-

<sup>3)</sup> Syriaci Grammatici e nomine verba derivant, quum a nomine ceteras formas originem duxisse persuasum habeant.

<sup>4)</sup> Raschi verba textus Hebraici explicavit מִבְּזָר שָׂאוֹן et vinculis Aegypti. של נְגָרִים

<sup>5)</sup> Sic Rosenmüller et De Wette explicarunt. Novum vero carmen praeter nostrum non exstat. Beneficiūs enim poëtam ad carmen pangendum Deus impulit.

<sup>6)</sup> Secundum Hebr. textum (יְהִי) legendum esset: נָמָת pro نَمَت; sensu sed sive hoc sive illud legitur, sensus idem est.

۷۰ مسیح „et gaudebunt“ in vers. S. v. scriptum est; in Hebr. textu autem legis אָרֶנְיָה „et timebunt“. Quum Syriacus interpres alioquin Hebr. נִירֵי „timuit“ verbo נִשְׁאַר transferat atque hic non sit, cur vocem נִירֵי „timuit“ per מִשְׁאָר „gavisus est“ expresserit, non dubito, quin lectio genuina נִשְׁאַר sit, corrupta مسیح.

<sup>6)</sup> Pro verbis: מִלְחָמָה וְלֹא מִלְחָמָה et: مִלְחָמָה legis in Hebraico: וְשָׁטֵן כַּבֵּד et לֹא-פָנָה אֶל-רְקָבִים (i. e. neque vertit ad superbos et: declinantes ad mendacium). Versio Syriaca igitur non respondet verbis Hebraicis, quod idem excepta Chaldaica in ceteris omnibus occurrit. Id autem inde ortum esse puto, quod veteres interpretes verbis Hebr. רְקָבִים et שָׁטֵן non recte intellectis non tam ad verba quam ad sensum — quem in universum bene assecuti sunt — hunc locum interpretati sunt.

monem fallacem<sup>8)</sup>, scil. prophetarum mendacium.<sup>6)</sup> Multa sunt ea, quod ad numerum attinet, scil. bona facta, quae nobis (fecit) ab Aegypto usque ad hoc tempus.  
7) Sacrificia et oblationes<sup>9)</sup> noluisti scil., ut tibi offerrentur Babylone sed Hierosolymis. Aures autem perforasti mihi<sup>10)</sup>. Aquilas: Osnaim i. e. aures fodisti mihi scil., ut obediens essem praceptoris tuis. Graecus: corpus vero parasti mihi<sup>11)</sup>. Personam enim Christi introducit,

**מִזְבֵּחַ** est sacrificium cruentum (Hebr. **זָבֵחַ**) autem sacrificium incruentum (Hebr. **מִנְחָה**). Illud Syr. interpres pro Hebr. **זָבֵחַ** hoc vero pro Hebr. **מִנְחָה** plerumque scribit.

**אָנוּם בְּרִית לִי** Sic omnes fere interpretes Hebraica verba: **כְּרָה** usque ad hoc tempus verterunt. **כְּרָה** autem non est: perforavit (durchbohren), sed fodit, atque de fovea proprie dicitur. Metaphorice nostro in loco adhibetur de auribus, quas deus quasi fodit. Atque ut fovea foditur ad aliquid recipiendum, sic Deus aures hominum fodit h. e. hominibus aures aperit, ut voluntatem suam percipient. Jam vero negari non potest, poëtam voc. **כְּרָה** usum verbis **אָנוּם בְּרִית לִי** proprium sensum hic exprimere voluisse, qui mihi esse videtur: tu, Jehova, effecisti, ut nunc intelligerem sacrificia tibi non placere. — In hac interpretatione imago, ex qua locutio nata est, tenetur. Similiter vero locutiones explicandae sunt: **כְּרָה רְעוֹה** Prov. 16, 27 et **כְּרָה בָּזֶר** Iob. 6, 27. 40, 30. Hebraeus enim ad foveam, quae a venatore excavatur, ut bestias capiat, respiciens **כְּרָה** de homine usurpat, qui alteri foveam quasi fodit, ut eum perdat, quamobrem loquendi formula idem valet atque insidias alicui parare.

**אָנוּם** LXX. interpretes verterunt: **σῶμα δὲ κατηγορίσω μοι.** Quum vero omnes veteres interpretes, Vulgata, Syrus, Chaldaeus, Armenius, Aegyptius, Symmachus, Aquilas, Eusebius (**ώτια**) aures explanaverint (cf. notam marginalem b, psalmi XXXIX. apud Bugatum p. 123 et supra notam critie. 13 Ps. XL.) neque sit, cur LXX. **אָנוּם** verbo **σῶμα** transstulerint, Lambertum Bosium, qui rectam versionis **τὰν ο'** explicationem **ώτια** in **σῶμα** corruptam esse affirmat, optime statuisse censemus. cf.

qui patrem alloquitur <sup>12)</sup>). Armen.: auditum vero firmasti in nobis. Hebraeus: osnaim, i. e. auditum <sup>13)</sup> dicit. Et holocausta perfecta, quae pro peccatis <sup>14)</sup> non postulasti, scil. propterea quod non idonea sunt ad expiationem. 8) Deinde dixi, ecce veni, scil. quum cognovero te obedientiam velle nec sacrificia, tum dixi: Ecce veni. Graecus: ecce veni, scil. secundum voluntatem tuam, quia in initio librorum <sup>15)</sup> [scriptum est de me] <sup>16)</sup>. Aquil.: in vo-

Lambertus Bos.: ή παλαιὰ διαθήκη πατέρα τοὺς ἐβδομήμοντα, prolegomena in Ps. XXXIX. Quae corruptela, quamvis antiquissimis temporibus orta — (auctor enim epistolae ad Hebraeos jam σῶμα legit cf. Hebr. 10, 5—7 et interpres Arabicus et Aethiopicus حَمْنَةٌ et „caro“ verterunt,) — tamen non in omnes codd. invasit, quum nonnullis in codicibus apud Holmesium et Montefalconium ὡτία recte scriptum sit atque Armenius et Aegyptius interpres ὡτία transtulerint. cf. de hoc loco Theoph. Plüschke: De psalterii Syriaci Mediolanensis a Cajet. Bugato editi peculiari indole. Bonnae 1835. p. 48.

<sup>12)</sup> Noster interpretationem auctoris epistolae ad Hebr. secutus est, qui hisce verbis V. 7—11 psalmi nostri in ep. ad Hebr. 10, 5—7 Christum in mundum venientem patrem allocutum esse persuasum habet.

<sup>13)</sup> Ex hac interpretatione elucet, Bar-Hebr. linguae Hebr. parum gnarum fuisse, nam אָנָיִם nunquam denotat auditum, sed aures,

<sup>14)</sup> Pro verbis: סְבִכְתָּא מַחְטֵה מִשְׁפָּט in Hebraico legitur: עַל־מַחְטָה holocausta et sacrificia piacularia. Hebr. enim vocem עַל־מַחְטָה Syr. interpres saepe per: مَحْكَمَةٌ سَبَقَتْ transvertit, et quidem propterea quod עַל־מַחְטָה totum offerebatur et sacro igne prorsus consumebatur, illud sacrificium nominat perfectum. cf. Ezech. 43, 24. 27. 45, 23. 25. 15. 46, 12. 13. Jerem. 14, 12. Ps. 51, 18. 21. Verbum מַחְטָה autem interdum vocalis מַחְטָה explicat, saepius tamen circumserbit per לְמַחְטָה ad expianda peccata cf. Ezech. 43, 19. 45, 22. 25.

<sup>15)</sup> In Hebraico legitur בְּמַגְלָה סֶפֶר „in volumine libri“. Syrus vero interpres hisce verbis legem mosaicam primo loco Bibliorum positam significari ratus Hebraica verba non vertit sed circumscripsit

lumine libri. Symm.: in tomo (codice) definitionis tuae. Interpretatio quinta: In quaternione libri i. e. in lege scriptum est de me. Graecus: de me, scil. me non privari terra promissionis, quoad<sup>17)</sup> obediens sum praeceptis tuis. 9) Exsequi voluntatem tuam, Deus, volui. Symm.: promptus fui<sup>18)</sup>, i. e. voluntati tuae volui satisfacere non voluntati meae, quae me traxit ad calamitates pernicio-  
sas et lex tua medio in ventre meo, i. e. in corde meo. 10) Annuntiavi justitiam tuam in ecclesia magna, h. e. Hierosolymis; et labia mea non prohibui, scil. a laudatione tua. 13) Nam me circumdederunt — Risch cum Secopho — mala sine numero, scil. in captivitate, et validiora sunt, Graecus: et plura sunt quam capillus capitis mei, i. e. plura sunt quam illi (capilli)<sup>19)</sup>. Cor meum

per ḥālā ḥābā, cf. Bar-Hebr. explicatio vocabulorum ḥālā ḥābā, vo-  
cula „lex.“

<sup>16)</sup> cf. de verbis uncinis inclusis p. 12 adnot. crit. 16.

<sup>17)</sup> ; ḥābā quoad, significat h. l. „quam diu“. cf. חָבַד et Chald. בְּמִרְאַת Ps. 35, 17. Job. 7, 17. Bar-Hebr. interpretatione sua respicit ad sententiam Judaeorum saepe prolatam, cf. Deut. 4, 40. 5, 33. 16, 32. 46. 47. 30, 15 seq., ipsos Palaestinam obtenturos esse, quam diu Dei legem exsequantur.

<sup>18)</sup> ḥāmūl, Ethpa. significat: promptus, paratus fui.

<sup>19)</sup> Ut verba praecedentia interpretationis τῶν οὐ Syriace in clara luce collocet, ḥāmūl addit, „plura sunt (mala) quam illi (capilli)“. — ḥāmūl vero, quod ḥāmūl alibi scribi solet, est compendium, pro ḥāmūl.

In hoc compendio suffixum ḥāmūl se refert. Ideo, quia ḥāmūl vim collectivi nominis habet, pronomen, quod sequitur, a librario in plurali numero scriptum est, quamquam nomen ejus in singulari numero antecessit. Haec inconcinnitas non raro apud Syr. scriptores invenitur, cf. Hoffmanni Grammaticae Syr. libri III. Halae 1827 § 127. 5. adn. 2. — Saepissime autem fieri solet secundum leges

me dereliquit. i. e. (sum) sine mente<sup>20)</sup>. 15) Erubescant et pudore suffundantur ii, qui me occidere student. Graecus: auferre (eripere) animum meum. Obstupescant in iteratione pudoris<sup>21)</sup> sui (pudore iterato); (i. e.) iterum obstupescant Babylonii de liberatione scil. nostra et damnatione (clade) sua, quae a Persis. 18) Dominus meus meditatus est de me, scil. ut me liberaret. Nestoriani<sup>22)</sup> in commentariis suis non enarrative sed precative<sup>23)</sup> sumunt illud ﴿أَنْتَ مَنْ أَنْتَ﴾, quippe Tu, mi domine, meditare de me aliquid, quod mihi opem ferat. Sed non recte, quia Graecus: studiosus est mei, vertit — Iud cum Secopho — neque: studiosus esto mei — cum Chebozo<sup>24)</sup>. Mi Deus, ne tardes. scil. ut me liberes.

---

Grammaticae Syr., ut si nomen collect. in singulari numero praemissum est, pronomen ejus in singul. numero sequatur. Quam quidem scripturam exhibit cod. Vat. (متن).

<sup>20)</sup> In verbis praecedentibus sensus non inest: sum mente carens, sed: sum sine vitae vigore. Tamen Bar-Hebr. proprie, non figurate dictum putavit interpretatus verba: „cor meum me dereliquit“ per mente careo.

<sup>21)</sup> In Hebraico scriptum est עַקְבָּעַל, quod hoc loco et Ps. 70, 4. Syr. interpres لَمَدَدَ vertit. Atque hic rectam significationem vocis Hebr. nescivisse et sensum magis quam verba expressisse videtur, nam Ps. 119, 112 עַקְבָּעַל explicavit per حَفَّةً.

<sup>22)</sup> وَنَى sunt Nestoriani, quod ex suffixo pluralis numeri voci لَمَادَه annexo concludi potest.

<sup>23)</sup> مَنْ أَنْتَ et مَنْ أَنْتَ مَنْ أَنْتَ sunt adjectiva fem. gen. a mascul. مَنْ أَنْتَ et مَنْ أَنْتَ. — Femin. gen. vero ad seq. voc. أَنْتَ referendum est.

<sup>24)</sup> Bar-Hebr. dicit Nestorianos imperativum legisse (in Graeco textu est: φροντεῖ μον); quum tamen Syr. versionis τῶν οἱ interpres non imperativum agnoscat, Nestorianam lectionem (أَنْتَ مَنْ أَنْتَ) utique repudiandam esse.

Ps. XLI.

PSALMUS unus et quadragesimus, dictus a Davide de Hiscia et quae gesta sunt apud eum ab amicis ejus fictis tempore morbi ejus <sup>1)</sup>). Graecus: psalmus quadragesimus in finem, psalmus Davidi, i. e. (in finem denotat) postquam victoria ejus (Davidis) perfecta est. Versicci. XXVIII. 2) Beatus ille, qui intuetur pauperem. Graecus: qui cognoscit (Kenntniss nimmt) miserum et pauperem. Armen.: qui cogitat de paupere et misero i. e. qui non recusat <sup>2)</sup> sedationem <sup>3)</sup> egestatis ejus. 3) Et benefacit ei <sup>4)</sup> in terra i. e. ei ex bonis terrae dat. 4) Dominus fulciet eum — Semcat cum Petocho et Caf cum Rucoch, sicut <sup>۱</sup>بَنَدَتْ (benedicit ei). Graecus: adjuvabit eum super lectum dolorum ejus, ne scil. morbum suum sentiat. Et totum ejus cubile i. e. accubationem ejus con-

<sup>1)</sup> Bar-Hebr. in psalmo Davidem vaticinatum esse de Hiscia docet. Rem vero singularem, ad quam psalmus respiciat, nullam aliam esse nisi morbum Hisciae. Praeterea id poëtam animadvertisse, Hisciam, legatis a rege Merodach Baladano convalescenti sibi gratulatum missis, omnes suas opes ostendisse cf. 2 Reg. 20. Jes. c. 38 et 39. Ut de tali sententia cogitaret, V. 4 et 7 nostri psalmi Bar-Hebraeum induxerunt. Sed tantum abest, ut illi assentiamur, praesertim quum nihil in carmine huic sententiae faveat, ut ab Israëliter ignoto, qui morbo laboraverit, has preces de liberatione fundi censeamus.

<sup>2)</sup> يَرَأُ Aph. <sup>۲</sup>بَنَدَتْ cum sequ. ρ̄ denotat: neglexit, intermisit aliiquid.

<sup>3)</sup> بَنَدَتْ est: impletio, expletio, Befriedigung, Stillung.

<sup>4)</sup> Hebr. textus præbet: בָּנְדַת „beatus reddetur“. Veteres autem omnes interpretes legerunt: בָּנְדַת „beatum eum reddet“ scil. Deus.

vertit (פָּתַח) <sup>5)</sup> — Phe cum Petocco. — Armen.: convertit (փառ) He cum Secopho et Phe cum Rebozo. Graecus: convertisti, scil. tu domine mutasti morbum ejus in sanitatem. 5) Et sana animam meam, i. e. corpus meum. nam peccavi in te, i. e. cogitavi de anima mea magna. 10) Etiam vir deprecans <sup>6)</sup> salutem meam. Graecus: vir quoque (pacis meae) <sup>7)</sup>, in quo speravi. Edens panem meum, i. e. commensalis meus, valde fraudulenter egit in me. Graecus: magnam in me fecit supplantationem (deceptionem). Armen.: fecit mihi deceptionem <sup>8)</sup>. 11) Erige me, scil. a morbo meo „et“ iis retribuam <sup>9)</sup>, cum

<sup>5)</sup> In Hebraico: פָּתַח. Quia et antea et postea III. persona usus poëta locutus est, eam hoc quoque loco Syr. interpres adhibuit et פָּתַח scripsit. Sed saepe in psalmis personae mutantur.

<sup>6)</sup> Ad vestigia Hebraici textus: גָּמָן־אֵישׁ שְׁלֹמִי verb. גָּמָן superest. Explicationis causa interpr. Syr. addidit.

<sup>7)</sup> Bar-Hebr. vel aliquis librarius غَصَّل omisit.

<sup>8)</sup> حَمْسِنَة a radice حَمَسَ derivandum est. Mihi videtur verbum, denominativum nominis حَمْسَة „calx, vestigium“ proprie significare: Peal: 1) post calcem (tergum) alicujus esse cf. He. בְּקֻעַת, 2) post (calcem) vestigia alicujus incedere, vestigia alicujus sequi. Pael: 1) a tergo cuiuspiam aliquid facere i. e. insidiari, defraudare cf. Hexapl. ad Jerem. 9, 4. 2) vestigia alicujus sedulo sequi, i. e. investigare, exquirere. Ex his notionibus illa „fraus“, quam nomini حَمْسِنَة supra tribuimus, facile erui potest. cf. Hebr. حَمْسَة. Schol. in Bugati editione pag. 127 adn. e. per fraudem et ipsum explicavit, nam adnotavit: حَمْسِنَة est بَطَلَ.

<sup>9)</sup> حَمْسِنَة est rectius, si ad Hebr. textum respicias; nam quod ad sensum attinet, nihil interest, utrum حَمْسِنَة an حَمْسِنَة legas.

<sup>10)</sup> Verba حَمْسَة بَعْدَ حَمْسِنَة, sequentia in nostris editionibus Syr. versionis simpl., bis ibidem leguntur. Quum autem in Hebr. textu et in aliis versionibus semel tantum scripta sint, incuria librarii repetita esse opinor.

Van neve (cum Dolath) legas: „ut“ retribuam. 13) Et statuisti me coram te, scil. ne denuo in te peccem, 14) in aeternum, i. e. omne tempus vitae meae, a saeculo usque in saeculum. Scil. dignus (Deus) est, cui benedicitur et qui celebretur. Amen. Amen. Graecus: sit, sit.

Finitus est liber primus Davidis secundum Hebraeum.

### Ps. L.

Psalmus quinquagesimus. Reprehendit Judaeos ob contemtionem eorum (scil. legis<sup>1)</sup>). Graecus: unde quinquagesimus. psalmus Asaphi. Versic. XLIX. 1) Deus Deorum<sup>2)</sup>. Graecus: Deus Deorum, i. e. sanctorum, qui a Deo honorati sunt, secundum id, quod Mosi dictum est: (Exod. 7, 1). Deum quippe Pharaonis te dedi. Dominus locutus est atque vocavit terram, scil. ad audienda ea, quae ab ipso dicuntur. 2) E Sione coronam gloriosam i. e. coronam victoriae, Deus ostendit<sup>3)</sup>, i. e. populo

<sup>1)</sup> Fere eundem sensum verba inscriptionis in Bibliis Polygl. praebent. Atqui non ea de causa, ut Israëlitae, quia legem contemnunt, reprehendantur, psalmus scriptus est, sed, ut Deum sincero animo et factis huic consentaneis colendum esse cognoscant. cf. Ps. 40, 7. Psalmus post exilium conditus esse videtur.

<sup>2)</sup> Secundum Hebraicum: אל אֱלֹהִים יְהוָה verti potest aut: Deus, Deus Jehova, aut: Deus Deorum, Jehova; illud tamen praferendum videtur. Syr. interpres transtulit: مَكَلِّدُوهُ אֱלֹהִים הַפְּנֵי, Deus Deorum Dominus, quod B. H. explicavit: Deus sanctorum (sc. Judaeorum); quam interpretationem firmat loco Exod. 7, 1, ubi Moses יְהוָה nominatur.

<sup>3)</sup> Syriaca versio „e Zione coronam gloriosam Deus ostendit“, ab Hebraico: מִכֶּלֶד יְהוָה אֱלֹהִים הַפְּנֵי „e Zione perfectissima pulchritudine Deus illucescit“, mirum quantum differt. Quod eo factum est,

suo dedit. 3) Veniet Deus neque silebit, i. e. de vindicta malorum. Ignis <sup>4)</sup>, scil. judicii, devorabit ante eum, scil. Judaeos. 4) Advocabit coelum desuper, i. e. angelos, ut testes sint beneficiorum, quae ab ipso illis sunt effusa et terram, i. e. habitatores ejus <sup>5)</sup> ad judicandum populum suum, i. e. judices <sup>6)</sup>. 5) Congregamini ad eum (ad Jehovam) — Coph cum Petocho et Nun quiescente — delecti ejus. Graecus: sancti ejus. i. e. vos Judaei, qui electi estis ex populis <sup>7)</sup>, venite ad eum ad judicium. Qui pepigistis foedus ejus super

---

quod Syr. interpres, formae *Hifil* חִפְעֵל ut conjugationi, quam dicunt, causativae vim transitivam subesse ratus eaque de causa verbo activo enuntiationis objectum quaerens, in verbis מִכְלָל־צְבֵי id invenisse sibi visus est. Praeterea vocem מִכְלָל vocabulo חַדְלָה: corona, Syr. interpr. circumscripsit. Quam significationem Michaëlis in suppl. p. 1282 sed non jure vocabulo צְבֵל addidit. — Ceteroquin B. Hebraei interpretationem: Deus victoriae coronam populo suo dedit, falsam esse facile perspicitur; nam Deus venit, ut doctrinam suam, se non sacrificiis sed integra vita et bonis factis colendum esse sanciat.

<sup>4)</sup> נֶמֶת sunt fulmina. Poëta enim theophaniam describit, ut quae omnino cum tonitru et fulminibus conjuncta erat. cf. Jud. 5, 4 seq. Deut. 33, 2. Ps. 68, 9.

<sup>5)</sup> Eodem modo noster Jes. 1, 2 interpretatus est vocabula حَدَّلُ وَمَصَّلٌ. Nec non De Wette hanc explicationem praebet, cf. Comment. über die Psalmen ad h. l. Mihi autem videtur poëtam hic coelum et terram personarum instar commemorare, ut quasi testes sint judicii, quod Deus in populum suum commissurus sit.

<sup>6)</sup> Bar-Hebr. sententia est: Non totum populum, sed judices Israëlitarum tantum ad judicium Deus vocat, quod munere suo male perfuncti sint.

<sup>7)</sup> עֲדָאָה hoc loco non significat Judaeos, quoad ex populis sunt electi (hanc sententiam De Wette ipse protulit cf. ad h. l.), sed electos tantum et pios Judaeos cf. Olshausen ad h. l.

sacrificiis<sup>8)</sup> , i. e. vos, qui ex omnibus foederibus, quae vobiscum pegigi in Horeb<sup>9)</sup> monte, id, quod sacrificii est, tantum solvebatis atque illud: „ne moecheris, neve fureris, neve testimonium falso dicas“<sup>10)</sup> et cetera rejiciebatis. 6) Ostendent coeli justitiam ejus (Dei), h. e. in sole et luna et stellis, qui legem, quam iis dedit, in motibus suis non mutant. 7) Et Israël testabor te. scil. coram coeli exercitibus judicabo te. 8) Non propter sacrificia tua reprehendam te, i. e. quod non sacrificas; et holocausta tua, quae scil. diebus Davidis et Salomonis obtulisti, coram me sunt omni tempore. i. e. mihi sunt nota. 9) Non sumam de domo tua tauros; Graecus: juvencos, i. e. quos primos illos accipiebam nec tuos<sup>11)</sup>, propterea quod non recte incedis coram me<sup>12)</sup>; neque ex grege tuo hoedos. Graecus: hircos. 11) Cognosco

<sup>8)</sup> Bar-Hebr. in hisce verbis inesse arbitratur opprobrium a Deo in Israëlitas fusum, quia sacrificiis foedera cum Jehova facta expleri opinentur. Mihi autem et in verbis Syriacis et in Hebraicis hic sensus inesse videtur: Colligite, inquit Deus, mihi eos, qui sacrificia pignora tantum foederis mei existiment, neque putent sacrificiis oblatis foedus, quod cum Israëlitis pepigi, jam expleri, sed omnia, quae in lege praescripsi, exsequi velint.

<sup>9)</sup> Horeb significat Sinai montis partem. Pro Sinai enim monte in Deuteronomio semper Horeb positum est. Itaque verba: „foedus, quod vobiscum in Horeb monte pepigi“ legislationem Sinaiticam, de qua v. Exod. c. 19. 20, designant.

<sup>10)</sup> Haec verba Bar-Hebr. memoriter citavit. cf. Exod. 20, 13—16.

<sup>11)</sup> Bar-Hebr. carminis auctorem de sacrificiis, non ex animalibus primogenitis oblatis verba facere opinatur, quum omnia primogenita per sese Dei sint (cf. Exod. 13, 2. Num. 8, 17) ideoque offerri debeant; Deum autem repudiare sacrificia ex Israëlitarum peculio desumpta.

<sup>12)</sup> חֲלֵק פְּנִים בְּאַתָּה idem valet atque Hebraicum חֲלֵק פְּנִים בְּאַתָּה.

omnes volucres coeli i. e. aëris et rego illas neque opus est te illas mihi offerre. Et bestia campi mea est. Graecus: et pulchritudo campi<sup>13)</sup> mecum est (mihi). Aquilas: varietas regionis est mecum. Editio quinta: et onager campi mecum est. 12) Si esuriero, quod quidem fieri non potest, non dicam tibi; scil. ut me nutrias. Nam meus est orbis cum plenitudine sua<sup>14)</sup>. Graecus: orbis terrarum habitatus et plenitudo ejus. 14) Sacrifica Deo gratiarum actionem. Graecus: sacrificium laudis. Armen.: offer oblationes benedictionis; scil. corde tuo et labiis tuis et desiste a mactatione bestiarum. 16) Peccatori; i. e. ille, qui legit sed non agit (legem),<sup>15)</sup> dicit Deus: Quid tibi cum libris<sup>16)</sup> praceptorum meorum, i. e. (Quid) tibi prodest<sup>17)</sup> lectio (librorum legis) sine operibus, quod gestas foedus meum ore tuo? scil. dum re

<sup>13)</sup> LXX interpretes Hebraica verba: שָׂרֵן: bestiae agri, circumscripserunt: ὄφαιότης ἀγροῦ: pulchritudo agri. Aquilas: πενταδάστια γύρως: varietas regionis cf. Ps. 80,14. Hos interpretes contextum secutos verba Hebr. expressisse, facile intelligitur.

<sup>14)</sup> חֶלְמָה. In nominibus, quae duo Olaf, alterum radicale, alterum emphaticum in fine gerunt, si cum suffixis junguntur, prius Olaf radicale, Olaf emphatico rite abjecto, aliarum consonantium instar tractatur, dum sine ulla mutatione relinquitur, exempl. gr. חֶלְמָה; consolatio, cum suffixis חֶלְמָה, חֶלְמָה: inimicus, cum suff. חֶלְמָה; חֶלְמָה cf. Hoffmann: § 95. p. 267.

<sup>15)</sup> הנִיר recte explicavit interpres noster. Est enim ille, qui legem in ore quidem gerit, atqui contra legem agit, cf. De Wette et Olshausen ad h. l.

<sup>16)</sup> In Hebraico: לְסִפְרַת „ut enarras“. Syrus autem legit: לְסִפְרַת.

<sup>17)</sup> Secundum Vatic. cod., qui verba praebet תְּנִזְבֵּחַ, vertendum est: nil prodest tibi lectio etc.

vera contrarium agis. 18) Si videbas furem, currebas cum eo; i. e. secutus es eum, et cum adultero partem tuam ponebas; i. e. muneribus ductus eum innocentem declarabas<sup>18)</sup>. 20) Sedebas et meditabar in fratrem tuum<sup>9)</sup>, i. e. in eum, qui ab Adamo (originem dicit), meditabar verba obtrectationis; et filium matris tuae; i. e. Hevae, deridebas<sup>20)</sup> maledicens ei eumque contemnens. 21) Haec omnia fecisti, et tacui tibi; i. e. patientia usus sum in te;<sup>21)</sup> (sc. ut) forte rectum contenderes<sup>22)</sup> et revertereris (poenitentiam ageres). Putasti, improbe<sup>23)</sup>, me

<sup>18)</sup> Dubito, num hic sensus in nostro loco inesse possit. Mihi quidem verba hoc denotare videntur: Tantum abest, ut adulteros contemnas, ut consuetudinem cum illis habeas et perversos eorum mores probes.

<sup>19)</sup> **לְךָ** est proximus, alter (Mitmensch), ut Bar-Hebr. recte monet; sed **פִּרְעֹה** est frater germanus, non proximus. Poëta enim dicit: Non solum contra proximum tuum, sed etiam contra fratrem germanum tuum fraudulenter agis.

<sup>20)</sup> **מַשְׁחֵךְ** (Gallic. se moquer de quelqu'un) tantum in conjugatione Paëlis solet significare: irrisit, derisit, atque cum **אֶ** construitur. cf. Ps. 2, 4. Nehem. 2, 19. Syr. interpres verbum Hebraicum **דְּפִי אֲנָזְלֵת** (dat. irrisione), liberius vertit voce: derisit.

<sup>21)</sup> **קָרְבָּן**: proprie: distuli super aliquem spiritum meum i. e. patientem me praestiti in aliquem. cf. Bernstein Lexic. Syr. s. v.: **קָרְבָּן** et Hebr. **הַאֲרִיךְ נָאָזֵן** Jes. 48, 9. Prov. 19, 11.

<sup>22)</sup> **מִלְאָךְ** denotat proprie: erectum stare, erectum incedere h. l. metaphorice: rectum contendere.

<sup>23)</sup> In Hebreico legitur **דְּמֻוַת הַיּוֹת אֲחֵיה בְּמַזְקָה**: existimasti, me esse tui similem. Syr. enim, ut alii interpres, pro **הַיּוֹת**, legit, quod Ps. 5, 10. 52, 4. voce **שָׁאָל**: iniquitas, explicavit. Quae quum significatio ei non apta videretur, pro abstracto **שָׁאָל** concretum **שָׁאָל**

tibi similem esse; i. e. scelera tua mihi placere. Arguam vero te; scil. afficiendo caput suppicio;<sup>24)</sup> et disponam ea; scil. peccata tua coram te. Graecus: ante faciem tuam. 22) Ne forte frangat vos; scil. ipse Deus frangit vos ira sua, neque id accipies a benedictione sed a contritione<sup>25)</sup>. 23) Qui sacrificat gratiarum actionem, is me glorificabit; i. e. neque ille, qui sacrificia tauri sacrificat (me glorificabit) et ibi<sup>26)</sup> ostendam ei viam salutis Dei nostri; i. e. si in eadem gratiarum actione sua adhuc permanebit, salus velox eum assequetur. Illud vero (illud verbum): **Ωλλι**, (Dei nostri) non a Deo ipso dictum est, sed (psalmista) ex suo animo addidit.

iniquus, posuit, id. quod ab aliis interpretibus quoque scriptum videmus.

<sup>24)</sup> **לְפָנֶיךָ מוֹתָה** imposuit in caput alicujus sc. culpam, poenam cf. Bernstein Lex. Syr. s. v. **מוֹתָה**. Ceteroquin hanc interpretationem, quam Bar-Hebr. tradidit, Olshausen denuo protulit jam ab aliis interpretibus rejectam.

<sup>25)</sup> H. e. neque accipies benedictionem sed contritionem. Sensus vero est: Ille, qui perverse agit, eo, quod Deus dat, non ut sibi benedictioni et saluti sit fruetur, sed perditioni.

<sup>26)</sup> **Ωλλι**. Syr. interpres legit **Ωψι**, quod in aliis Hebr. codd. reputatur, dum alii codd. habent: **Ωψι**. Utrum illud an hoc praferendum nescio, quum utrumque difficile sit intellectu.







D  
St 1372

**ULB Halle**  
000 789 992

3/1



